Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8181
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

melius ergo est ut si ipse confessor co-
mode poterit personaliter ad episcopum va-
dat pro auctoritate absolucionis si sibi velit dare
¶ Si vero confiteor non habet tantum de reserva-
tis · vel si habet et confessor pt de omnibus
absolvere · premissa absolucione ab excomunicacione
minori et aliis et ·s· ·s· Misereatur tui omnipotens deus
filius dei ꝛc dicat · et auctoritate eius qui fungor
ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis in
nomine patris et filii · et spiritus sancti amen · et
faciat signum crucis sup eum ad dicendum · In nomine
patris non est necessaria manus imposicio sup
absolvendum imo non decet si tamen · precipue
sup mulierem · si manus detur consignando ꝛc
et postea addat ¶ Passio domini nostri ihesu
christi et merita beate marie virginis · et
omnium sanctorum et servorum dei et quicquid boni
feceris · et quicquid mali fueris · et mala que susti-
nes et sustinebis sint tibi in remissionem
omnium peccatorum tuorum · et in augmentum dimere
mercedis · Hec verba non sunt obmittenda · quia
sunt magne utilitatis ut · s· dicta quamvis
postea habeat vim satisfactionis etiam ex vi
tute clavium · et sic magis valet · ·s· tamen ·
¶ Item in penitencia imponenda tot maxie

171